Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26123
Copyright: Admont, Benediktinerstift

Nam festum est autem interpretationem illam · que dicitur
septuaginta in non nullis se aliter habere quã inuenuntur
in hebreo · quicam linguam nouerunt · & qui interpretati sũt
singuli cosdẽ libros ebreos · hui ut causã distantie siqueratur
cur tanta auctoritate interpretationis · septuaginta multis in
locis dissentiat a ea ueritate que in hebreis codicibus inuenitur ·
michi occurrere plabilius existimo · quam illos septuaginta
eos spũ interpretatos quo & illa que interpretabantur dicta
fuerant · quod ex ipsa eorũ mirabili que predicatur consensione
confirmatum ẽ · Ergo & ipsi non nulla in eloquio uariando ·
& ab eadẽ uoluntate di cui illa dicta erant · & cui uerba seruire
debebant non recedendo · michi aliud demonstrare uolebãt
quam hoc ipsum quod nunc in euangelistarum quatuor
concordi quadã diuersitate miramur · quanobis ostenditur
non esse mendacium · si qsquam ita diuerso m̃ aliqd narret ·
ut a deus uoluntate cui consonandum & consentiendum ẽ
non recedat · quod nosse & moribus utile ẽ · ppter cauenda &
iudicanda mendacia · & ipsi fidei · ne putemus quasi conse
cratis sonis ita munire ueritatem tamquam deus nobis
quãad modum ipsam rem sic uerba que ppter illam sunt
dicenda cõmendet · cum potius ita res que dicenda ẽ sermo
nibus p quos dicenda est pferatur · ut istos omino querere non
deberemus · sicam sine his nosse possemus · sic illam nouit
ds & in ipso angli eius · Sequitur matheus & dicit · Et cum
intrasset ierosolumã · cõmota est uniuersa ciuitas dicens ·
Quis est hic · Populi autẽ dicebant · Hic ẽ ihc ppha a nazareth
galylee · Et intrauit ihc in templum di · & eiciebat uendentes
& ementes in templo · & ceta · usq; ad eum locum ubi aut
uos autẽ fecistis illam spelunca latronũ · Hoc de turbis uen